Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·l·m·

Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciui
tatem. Ascendit autem et ioseph a galylea de ciuitate
nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur beth
leem eo quod esset de domo et familia dauid ut profi
teretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante.
Factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies marie
ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Et
pannis eum inuoluit et reclinauit eum in presepio quia
non erat locus ei in diuersorio. Et pastores erant in
regione eadem vigilantes et custodientes vigilias
noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit
iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos. Et
timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Noli
te timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo quia natus est vobis hodie saluator
qui est xpc dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. In
uenietis infantem pannis inuolutum et positum in
presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo milicie
celestis laudantium deum et dicentium. Gloria in excelsis
deo et in terra
pax hominibus bone
voluntatis.

Credo in vnum.

·Off·

Lectentur celi et exul